

8. Cherub unum in summitate unius partis, et cherub alterum in summitate partis alterius: duos cherubim in singulis summitatibus propitiatorii,

9. Extendentes alas, et tegentes propitiatorium, seque mutuò et illud respicientes.

10. Fecit et mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, et in latitudine unius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem.

11. Circumdeditque eam auro mundissimo, et fecit illi tabium aureum per gyrum,

12. Ipsique labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, et super eandem, alteram coronam auream.

13. Fudit et quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ.

14. Contra coronam: misitque in eos vectes, ut possit mensa portari.

15. Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, et circumdedit eos auro.

16. Et vasa ad diversos usus mensæ, acetabula, phialas, et cyathos, et thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina.

17. Fecit et candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphaerulæque ac lilia procedebant:

18. Sex in utroque latere, tres calami ex parte una, et tres ex altera:

19. Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphaerulæque simul et lilia: et tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphaerulæque simul et lilia. Equum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri.

20. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphaerulæque per singulos simul et lilia:

21. Et sphaerulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte uno.

22. Et sphaerulæ igitur, et calami ex ipso erant, universa ductilia ex auro purissimo.

23. Fecit et lucernas septem cum emunctoriis suis, et vasa ubi ea quæ emuncta sunt exstinguantur, de auro mundissimo.

24. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis.

¹ MS. 7. *Aflaxia*.

² En el cap. xxv, 27, se lee en el Hebréo las mismas palabras לעבות que allí se traslada *subter*, y en este lugar *contra*: y así habiéndose en los dos de una misma cosa, parece que debería traducirse del mismo modo. Estas argollas podían al mismo tiempo estar al opuesto y debajo de la corona ó cornisa, esto es, en lo alto del pié de la mesa.

³ En esta mesa se exponían en primer lugar los panes de la proposición, y al mismo tiempo servía como de aparador, en donde con el mayor aseó estaban las vasijas de la sal, aceite, vino y otras cosas, de que necesitaban diariamente para los sacrificios. *Númer. xv, 4 y xxiii, 2, etc.* Y así estos vasos de la mesa, de que aquí se habla, tenían estos usos. — 4 FERRAR. *Quintal de oro fino*.

8. Un querubín á la extremidad del un lado y el otro querubín á la extremidad del otro: los dos querubines á las dos extremidades mas altas del propitiatorio,

9. Extendiendo las alas, y cubriendo el propitiatorio, y mirándose el uno al otro, y también á aquel.

10. Hizo además una mesa de maderas de setim de longitud de dos codos, y de latitud de un codo, la cual tenía de altura codo y medio.

11. Y cubrióla de oro purísimo, y le hizo un borde ¹ de oro al rededor,

12. Y en el mismo borde una corona de oro entretallada de cuatro dedos y sobre la misma otra corona de oro.

13. Fundió también cuatro argollas de oro, que puso en las cuatro esquinas á los cuatro piés de la mesa.

14. Delante de la corona ²: y metió por ellas las varas, para que se pudiera llevar la mesa.

15. É hizo también las mismas varas de maderas de setim, y las revistió de oro.

16. Y vasos para diferentes usos de la mesa, escudillas, tazas, y copas, é incensarios, de oro puro, en los que se han de ofrecer las libaciones ³.

17. Hizo asimismo el candelero de oro purísimo trabajado á martillo. De cuyo astil salían los brazos, las copas, los globitos y los lirios:

18. Seis en los dos lados, tres brazos del un lado, y tres del otro:

19. Tres copas á modo de nuez en cada uno de los brazos, y sus correspondientes globitos y lirios: y tres copas á semejanza de nuez en el otro brazo, y sus respectivos globitos y lirios. Era igual la labor de los seis brazos, los cuales arrancaban del tronco del candelero.

20. Y en el mismo astil había cuatro copas á modo de nuez, y á cada una acompañaban sus globitos y lirios:

21. Y globitos debajo de dos brazos en tres lugares, que juntos son seis brazos que salían de un solo astil.

22. Los globitos pues, y los brazos salían de él mismo, todo era de oro purísimo trabajado á martillo.

23. Hizo también de oro purísimo siete candeleros con sus despabiladeras, y los vasos donde se apague lo que se despabila.

24. Un talento de oro ⁴ pesaba el candelero con todos sus vasos.

25. Fecit et altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, et in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua.

26. Vestivitque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus et cornibus.

27. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, et duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, et possit altare portari.

28. Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, et operuit laminis aureis.

29. Composuit et oleum ad sanctificationis unguentum, et thymiamata de aromatibus mundissimis, opere pigmentarii.

25. Hizo también el altar del perfume de maderas de setim, que tenía un codo en cuadro, y dos de alto: de cuyas esquinas salían unas puntas.

26. Y revistiólo de oro purísimo, y la rejilla y las paredes y las puntas.

27. Y le hizo una corona ¹ de oro al rededor, y dos argollas de oro debajo de la corona á cada lado, para que se metan por ellas las varas, y se pueda llevar el altar.

28. É hizo las mismas varas de maderas de setim, y las cubrió con planchas de oro.

29. Compuso también el oleo para el unguento de la santificación, y el perfume de los aromas mas puros, segun arte de perfumero ².

CAPÍTULO XXXVIII.

Descripcion del altar de los holocaustos: del baño de bronce para las purificaciones: del átrio. Se hace la suma del valor de los presentes que se hicieron.

1. ^a Fecit et altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, et trium in altitudine:

2. Cuius cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis.

3. Et in usus ejus paravit ex ære vasa diversa, lebetes, forcipes, fuscinulas, uncinos, et ignium receptacula.

4. Craticulamque ejus in modum retis fecit æneam, et subter eam in altaris medio arulam,

5. Fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum:

6. Quos et ipsos fecit de lignis setim, et operuit laminis æneis:

7. Induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare ^b non erat solidum, sed cavum ex tabulis, et intus vacuum.

8. Fecit et labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.

1. Hizo asimismo el altar del holocausto de maderas de setim, de cinco codos en cuadro, y de tres de alto:

2. Cuyas puntas procedían de las esquinas, y lo cubrió con planchas de bronce.

3. Y para los usos de él dispuso diversas vasijas de cobre, calderas, tenazas, arreaques ³, garfios, y braseros.

4. Y su rejilla ⁴ á modo de red la hizo de bronce, y debajo de ella en medio del altar un fogon,

5. Habiendo vaciado cuatro argollas en los cuatro altos remates de la rejilla, para meter las varas, y llevarla:

6. É hizo también las mismas varas de maderas de setim, y cubriólas con planchas de bronce:

7. Y las introdujo por las argollas, que sobresalían en los lados del altar. Mas el altar mismo no era macizo, sino de tablas, hueco y vacío por lo interior.

8. Hizo también un baño de bronce con su base de los espejos ⁵ de las mujeres, que hacían la centinela ⁶ á la puerta del tabernáculo.

¹ MS. 7. *Peliles*. — 2 FERRAR. *Conficionador*. C. R. *Boticario*.

³ MS. 3. *Esparsideras*. — 4 MS. 3. *Como farnero obra de red*.

⁵ Estos eran de cobre muy terso y acicalado. Antiguamente cuando no se conocía el cristal, los hacían de acero, de mezcla de cobre y de estaño y de plata, que bruñían y pulimentaban con el mayor esmero y perfección. *PLIN. lib. xxxiii, cap. 9, et lib. xxxiv, cap. 18. VITRUV. lib. vii, cap. 3.*

⁶ Estas eran unas mujeres piadosas, que en determinadas horas del día iban formadas en cuerpo á hacer oración á Dios á la entrada del tabernáculo; y al mismo tiempo se empleaban en lo que ocurría y se necesitaba para servicio del mismo, en aquellos oficios que podían convenir á su sexo. Despues que se fabricó el templo de Salomon, se hizo en el átrio, ó entrada del tabernáculo una vivienda destinada para las devotas mujeres, donde estaban de día y de noche, como Ana Profetisa. Véase *I Reg. ii, 22; II Mach. iii, 20; Luc. ii, 37*. Entre estas vivió, y fué educada la Señora, Madre del Señor, y Virgen María, despues que de tres años fué presentada en el templo. ALÁPIDE, quien añade que estas virtuosas mujeres fueron como figura y bosquejo de nuestras religiosas, y que estas con razon pueden derivar de aquellas su origen y antigüedad. El Hebréo dice: *Las mujeres que militaban*, y la FERRAR. *Las afonsadantes, que afonsadaban*; lo cual viene á ser lo mismo.

^a II Paral. i, 5. — ^b Suprà xxvii, 8.

9. Fecit et atrium, in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum,

10. Columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, et tota operis cælatura, argentea.

11. *Æquè ad septentrionalem plagam tentoria, columnæ, basesque et capita columnarum, ejusdem mensuræ, et operis ac metalli, erant.*

12. In ea verò plaga, quæ ad occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, et capita columnarum, et tota operis cælatura, argentea.

13. Porrò contra orientem, quinquaginta cubitorum paravit tentoria:

14. E quibus, quindecim cubitos columnarum trium, cum basibus suis, unum tenebat latus:

15. Et in parte altera (quia inter utraque introitum tabernaculi fecit) quindecim *æque cubitorum erant tentoria, columnæque tres, et bases totidem.*

16. Cuncta atrii tentoria bysso retorta texuerat.

17. Bases columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea: sed et ipsas columnas atrii vestivit argento.

18. Et in introitu ejus opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat juxta mensuram, quam cuncta atrii tentoria habebant.

19. Columnæ autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum et cælaturæ argenteæ.

20. Paxillos quoque tabernaculi et atrii per gyrum fecit æneos.

21. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quæ enumerata sunt juxta præceptum Moysi in ceremoniis Levitarum per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis:

22. Quæ Beseleel filius Uri filii Hur de tribu Juda, Domino per Moysen jubente, compieverat,

23. Juncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui et ipse artifex lignorum egregius fuit, et polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo et bysso.

1 Las columnas segun el cap. xxvii, 10 y 17, en lo interior eran de madera, pero estaban revestidas de planchas de plata, el capitel era tambien de plata, y las basas de bronce. Y esto mismo expresa el Hebréo en este lugar, por donde se ha de explicar la Vulgata. — 2 MS. 3. *E sus plegaduras.* — 3 Véase la nota al v. 10.

4 Estas cortinas, que eran como especie de redes, no ocupaban sino treinta codos, quince por cada lado, y en el medio ó en la entrada habia un velo diferente de ellas, y entre todo ocupaban los cincuenta codos referidos. Véase el cap. xxvii, v. 13 y siguientes.

5 Así el Hebréo עֲבֹדֵי הַלְוִיִּים, *servicio de los Levitas.* — 6 FERNAN. *Encendedor.* C. R. *Ingeniero.*

9. Hizo asimismo el átrio, en cuyo lado austral habia cortinas de lino fino retorcido, de cien codos,

10. Veinte columnas de bronce¹ con sus basas, los capiteles de las columnas, y todas las molduras² de la obra eran de plata.

11. Del mismo modo las cortinas del lado septentrional, las columnas y las basas, y los capiteles de las columnas eran de la misma medida, y labor y metal.

12. Mas en el lado que mira hácia el occidente, hubo cortinas de cincuenta codos, diez columnas con sus basas de bronce³, y los capiteles de las columnas, y todas las molduras de la obra eran de plata.

13. Demás de esto en frente del oriente dispuso cortinas de cincuenta codos:

14. Con las que por espacio de quince codos se ocupaba el un lado con tres columnas, y sus basas⁴:

15. Y en el otro lado (por cuanto en medio de los dos hizo la entrada del tabernáculo) habia cortinas en el espacio de quince codos, y tres columnas, y otras tantas basas.

16. Todas las cortinas del átrio estaban tejidas de lino fino retorcido.

17. Las basas de las columnas fueron de bronce, y sus capiteles con todas sus molduras de plata: y aun las mismas columnas del átrio las revistió de plata.

18. Y en la entrada de este hizo un velo bordado de jacinto, de púrpura, de escarlata, y de lino fino retorcido, que tenia veinte codos en longitud, y la altura era de cinco codos, conforme á la medida que tenían todas las cortinas del átrio.

19. Las columnas pues en la entrada fueron cuatro con sus basas de bronce, y sus capiteles y molduras de plata.

20. Las estacas del tabernáculo, y del átrio por al rededor las hizo tambien de bronce.

21. Estos son los utensilios del tabernáculo del testimonio, que por orden de Moysés fueron inventariados para el ministerio de los Levitas⁵ por mano de Ithamar hijo de Aarón el sacerdote:

22. Los cuales habia concluido Beseleel hijo de Uri hijo de Hur de la tribu de Judá, mandandolo el Señor por Moysés,

23. Habiéndole sido asociado Ooliab, hijo de Achisamech de la tribu de Dan: que tambien fué excelente artífice en trabajar en maderas, y en tejidos de muestra⁶ y de imaginaria de jacinto, de púrpura, de escarlata y de lino fino.

24. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, et quod oblatum est in donariis, viginti novem talentorum fuit, et septingentorum triginta siclorum, ad mensuram sanctuarii.

25. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum, à viginti annis et suprà, de sexcentis tribus millibus, et quingentis quinquaginta armatorum.

26. Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatae sunt bases sanctuarii, et introitus ubi velum pendet.

27. Centum bases factae sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28. De mille autem septingentis et septuaginta quinque fecit capita columnarum, quas et ipsas vestivit argento.

29. *Æris quoque oblatae sunt talenta septuaginta duo millia, et quadringenti suprà sicli.*

30. Ex quibus fusae sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, et altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa quæ ad usum ejus pertinent,

31. Et bases atrii tam in circuitu quam in ingressu ejus, et paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

24. Todo el oro que se expendió en la obra del santuario, y que fué ofrecido en dones, fué veinte y nueve talentos¹, y setecientos y treinta siclos, segun el peso del santuario.

25. Y fué ofrecido por los que pasaron á encabzarse de veinte años y arriba, de seiscientos tres mil y quinientos cincuenta hombres de armas.

26. Hubo además cien talentos de plata², de los cuales se vaciaron las basas del santuario, y de la entrada, donde está pendiente el velo.

27. Se hicieron cien basas de cien talentos, contándose un talento por cada basa.

28. Y de mil setecientos y setenta y cinco³ hizo los capiteles de las columnas, que del mismo modo revistió de plata.

29. Fueron tambien ofrecidos dos mil y setenta talentos⁴ de cobre, y además cuatrocientos siclos,

30. De los que se fundieron las basas para la entrada del tabernáculo del testimonio, y el altar de bronce con su rejilla, y todas las vasijas⁵, que pertenecen á su uso,

31. Y las basas del átrio, tanto en el recinto, como en su entrada, y las estacas del tabernáculo y del átrio al rededor.

CAPÍTULO XXXIX.

Descripcion de las vestiduras del sumo pontífice, y de los sacerdotes. Se concluye la obra, y Moysés da al pueblo la bendicion.

1. De hyacintho verò et purpura, vermiculo ac bysso, fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi.

2. Fecit igitur superhumeralia de auro, hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta,

1. Y del jacinto y púrpura, y escarlata, y de lino fino hizo⁶ las vestiduras, con las que se vistiese Aarón cuando servia en el ministerio santo, como lo mandó el Señor á Moysés.

2. Hizo pues el ephod de oro, de jacinto, y de púrpura, y de grana teñida dos veces, y de lino fino retorcido,

1 El talento valia tres mil siclos, y así esta cantidad asciende á la suma de ochenta y siete mil setecientos y treinta siclos de oro. El peso del siclo de oro era la mitad del de plata, esto es, dos *dracmas*.

2 Cada uno pagó un *beka* ó un medio siclo, por lo que habiendo sido los contribuyentes seiscientos tres mil quinientos y cincuenta, resultan otros tantos *bekas* ó medios siclos, o trescientos un mil setecientos setenta y cinco siclos de plata; de manera que en todo componian cien talentos, y mil setecientos setenta y cinco siclos de plata. Todo esto en libras nuestras de á diez y seis onzas cada una, equivalia al peso de cuatro mil doscientas y cuarenta y ocho libras, seis onzas, y cuatrocientos sesenta y seis granos. Como cada basa correspondia á un talento, es consiguente que pesaba ochenta y dos libras castellanas. El siclo de oro solo pesaba dos *dracmas* de á sesenta y tres granos por cada una; pero el siclo de plata tenia doble peso, siendo igual á cuatro *dracmas*.

3 Siclos de plata.

4 Así lo trasladamos, no poniendo puntuacion despues de *Septuaginta*, lo que es conforme al uso hebréo, en donde se acostumbra poner el numeral menor antes del mayor. Esta es la suma que podia necesitarse para tantas obras: lo que además de persuadirlo la letra del texto, lo hace mas fundado, lo uno que el número de las obras de cobre eran sin comparacion mayor que las de plata: lo otro que las de cobre las mas eran de fundicion y sólidas, y al contrario las de plata: y así si en estas se consumieron mas de cien talentos, ¿cómo podian bastar para las de cobre solos setenta, que es la interpretacion de algunos Expositores modernos? Los textos griegos varian mucho. Véase *las Hexaplas* de MONTFAUC.

5 Vasos, instrumentos, utensilios. — 6 Debe entenderse Beseleel. El Hebréo lee en plural עָשָׂה *hicieron*.

a Suprà xxviii, 6.

3. Opere polymitario; inciditque bracteas aureas, et extenuavit in fila, ut possent torqueri cum priorum colorum subtegmine,

4. Duasque oras sibi invicem copulatas in utroque latere summatum,

5. Et balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi.

6. Paravit et duos lapides onychinos, ascriptos et inclusos auro, et sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israël:

7. Posuitque eos in lateribus superhumerali in monumentum filiorum Israël, sicut præceperat Dominus Moysi.

8. Fecit et rationale opere polymito juxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta:

9. Quadrangulum, duplex, mensuræ palmi.

10. Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus.

11. In secundo, carbunculus, sapphirus, et jaspis.

12. In tertio, ligurius, achates, et amethystus.

13. In quarto, chrysolithus, onychinus, et beryllus, circumdati et inclusi auro per ordines suos.

14. Ipsique lapides duodecim, sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israël, singuli per nomina singulorum.

15. Fecerunt in rationali et catenulas sibi invicem coherentes, de auro purissimo.

16. Et duos uncinos, totidemque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in utroque latere rationalis,

17. Et quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt uncinis, qui in superhumerali angulis eminebant.

18. Hæc et antè et retrò ita conveniebant sibi, ut superhumerali et rationali mutuò necterentur,

19. Stricta ad balteum, et annulis fortius copulata, quos jungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, et à se invicem moverentur, sicut præcepit Dominus Moysi.

20. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

21. Et capitum in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitii textilem:

22. Deorsum autem ad pedes mala punica

¹ Esta palabra *subtegmen* se confunde muchas veces aun en los autores profanos con esta otra *subtemen*, que propiamente significa el hilo de la trama de la tela, y que se deriva de *sub stamine*: la primera que trae su origen de *subtego*, parece que debe significar el forro de un vestido. Pero por lo comun ambos términos tienen un mismo significado de *trama*. — 2 MS. 3. *Dos gastones*.

3. Tejido de varios colores, y cortó hojas de oro, y las adelgazó en hilos, para que pudieran retorcerse con la trama ¹ de los colores antecedentes.

4. Y las dos orlas que se reunian entre sí por uno y otro lado en lo alto,

5. Y el cinturón de los mismos colores, como lo habia mandado el Señor á Moysés.

6. Dispuso tambien dos piedras onyquinas, afianzadas y engastadas en oro, y grabados en ellas segun arte de lapidario los nombres de los hijos de Israël:

7. Y las puso en los lados del ephod para recuerdo de los hijos de Israël, como el Señor lo habia mandado á Moysés.

8. Hizo tambien el racional, obra de varios colores como la obra del ephod, de oro, de hyacintho, de púrpura, y de grana teñida dos veces, y de lino fino retorcido:

9. Cuadrado, doble, de la medida de un palmo.

10. Y colocó en él cuatro órdenes de piedras preciosas. En la primera hilera habia un sárdio, un topacio, una esmeralda.

11. En la segunda un carbunclo, un zaphiro, y un jaspe.

12. En la tercera, un ligurio, una ágata, y un amethysto.

13. En la cuarta, un chrysolito, un onyx, y un berylo, cercados y engastados en oro por sus órdenes.

14. Y en las mismas doce piedras estaban grabados los nombres de las doce tribus de Israël, en cada piedra su nombre.

15. Hicieron tambien en el racional unas cadenillas de oro finísimo, que se unian entre sí:

16. Y dos corchetes ², y otros tantos anillos de oro. Demás de esto pusieron anillos á los dos lados del racional.

17. De los que pendiesen dos cadenas de oro, que metieron en los corchetes, que sobresalian en los ángulos del ephod.

18. Estas cosas estaban tan bien ajustadas por delante y por detrás, que el ephod y el racional quedaban mutuamente enlazados entre sí,

19. Ajustados al cinturón, y mas fuertemente unidos con los anillos, á los cuales sujetaba un listón de hyacintho, para que aflojándose no se cayesen, y se separasen el uno del otro, como lo mandó el Señor á Moysés.

20. Hicieron asimismo la túnica del ephod toda de hyacintho,

21. Y un cabezon en la parte superior hácia el medio, y una orla tejida al rededor del cabezon:

22. Y abajo hácia los piés unas granadas de

ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta:

23. Et tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in extrema parte tunicae, per gyrum:

24. Tintinnabulum autem aureum, et malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat Dominus Moysi.

25. Fecerunt et tunicas byssinas opere textili Aaron et filiis ejus:

26. Et mitras ¹ de lino fino con sus coronitas:

27. Feminalia quoque linea, byssina:

28. Cingulum verò de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto, arte plumaria, sicut præceperat Dominus Moysi.

29. Fecerunt et laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini:

30. Et strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut præceperat Dominus Moysi.

31. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi et tecti testimonii: feceruntque filii Israël cuncta quæ præceperat Dominus Moysi.

32. Et obtulerunt tabernaculum et tectum et universam suppellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases,

33. Opertorium de pellibus arietum rubricatis, et aliud operimentum de ianthinis pellibus,

34. Velum, arcam, vectes, propitiatorium.

35. Mensam cum vasis suis et propositionis panibus:

36. Candelabrum, lucernas, et utensilia earum cum oleo:

37. Altare aureum, et unguentum, et thymiana ex aromatibus:

38. Et tentorium in introitu tabernaculi:

39. Altare æneum, retiaculum, vectes, et vasa ejus omnia: labrum cum basi sua: tentoria atrii, et columnas cum basibus suis:

40. Tentorium in introitu atrii, funiculosque illius et paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi, et in tectum federis, jussa sunt fieri.

41. Vestes quoque, quibus sacerdotes utuntur in sanctuario, Aaron scilicet et filii ejus

42. Obtulerunt filii Israël, sicut præceperat Dominus.

43. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

¹ MS. 3. *E las aluanegas de las cofias*. — 2 El Hebreo ^{לִּיָּמִין} de la tienda.

³ MS. 3. *E el destajo de la ampara*. FERRAR. *A antipara de la mamparanza*: que es el velo que separaba el Santo del Santuario, ó Sancta Sanctorum.

⁴ Moysés, concluida que fué toda la obra, la vió y reconoció muy de espacio; y admirando su perfeccion, la dili-

jacintho, de púrpura, de escarlata, y de lino fino retorcido:

23. Y campanillas de oro purísimo, que colocaron entre las granadas, al rededor de la parte inferior de la túnica:

24. Una campanilla de oro, y una granada, con las cuales cosas andaba adornado el pontífice cuando ejercia su ministerio, segun lo habia mandado el Señor á Moysés.

25. Hicieron asimismo para Aaron y para sus hijos túnicas tejidas de lino fino:

26. Y mitras ¹ de lino fino con sus coronitas:

27. Y calzoncillos tambien de lino fino:

28. Mas el ceñidor de lino fino retorcido, de hyacintho, de púrpura y de grana teñida dos veces con varios recamos, como lo habia mandado el Señor á Moysés.

29. É hicieron la lámina de sagrada veneration de oro purísimo, y grabaron en ella por mano de lapidario, la Santidad del Señor:

30. Y ajustáronla á la tiara con un listón de hyacintho, como lo habia mandado el Señor á Moysés.

31. Fué pues acabada toda la obra del tabernáculo y del techo ² del testimonio: é hicieron los hijos de Israël todas las cosas que el Señor habia mandado á Moysés.

32. Y ofrecieron el tabernáculo y techo y todos los utensilios, los anillos, tablas, varas, columnas y basas,

33. La cubierta de pieles de carneros almágradas, y otra cubierta de pieles de hyacintho,

34. El velo ³, el arca, las varas, el propitiatorio.

35. La mesa con sus vasos y con los panes de la proposicion:

36. El candelero, las candelijas y sus utensilios con el aceite:

37. El altar de oro, y el unguento, y el perfume de aromas:

38. Y el velo en la entrada del tabernáculo:

39. El altar de bronce, la rejilla, las varas, y todos sus vasos: el baño con su basa: las cortinas del átrio, y las columnas con sus basas:

40. El velo en la entrada del átrio, y sus cordones y estacas. No faltó ninguno de los vasos, que se mandaron hacer para el ministerio del tabernáculo, y para el techo de la alianza.

41. Asimismo las vestiduras que usan los sacerdotes en el santuario, esto es, Aaron y sus hijos

42. Las ofrecieron los hijos de Israël, como lo habia mandado el Señor.

43. Todas las cuales cosas despues que Moysés ⁴ vió enteramente acabadas, las bendijo.